

Johann Sibrand


Programma Quo Pro-Decanus Facultatis Iuridicae Joannes Sibrand/ U. I. D. Prof. Decretalium Ordinar. ... Ad Funus Publicum Indictivum Quod ... Dn: Jacobo Lembken/ Icto ... Omnes omnium ordinem Cives Academicos Invitat officiose ac peramanter : [P.P. Sub sigillo Facultatis. Anno M DC XCIII. 3. Mart.]

Rostochii: Wepplingius, 1693


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756285259>


Druck Freier  Zugang





Vol. 241. (3.) <SON>





367 21
PROGRAMMA

^{QUO}
PRO-DECANUS
FACULTATIS JURIDICÆ

JOANNES **Sibrand** /

U. J. D. Prof. Decretalium Ordinar,

Facultatis Totiusque ACADEMIÆ SENIOR

Suo ac Amplissima Facultatis Nomine

AD FUNUS

PUBLICUM INDICTIVUM

^{QUOD}
NOBILISSIMO, *AMPLISSIMO*, CONSULTIS-
SIMO *Atq;* EXCELLENTISSIMO VIRO

DN: JACOBO

Lembken /

Jcto & Antecessori Academiae, Republicæ

etiam Rostochiensis Consuli, celeberrimo,

gravissimo,

PARATUR

Hodie Hora I. Pomeridiana in Templo Mariano

Omnes omnium ordinum Cives Academicos

INVITAT

officiose ac peramanter.

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ, Typogr.



7. 7.



Bire munus co-
gimur, quod ni ejus-
dem nobis imposita necessi-
tas, lubentissimè abs hume-
ris nostris devolutum optasse-
mus, siquidem filere malle-
mus, quam triste hocce subire offi-
cium, & ultimum consignare
elogium, in subitaneum, atta-
men beatissimum obitum, nostri quondam pretiosissi-
mi CONLEGÆ JACOBI LEMBKENII, Professoris
Codicis fulgidissimi: ad cujus obitus nuncium inspe-
ratisimum, steterunt comæ, & vox faucibus hæsit, imo
vix fides referenti habita, quod vix constaret de ad-
versa ejus valetudine. Sic cuncta humana in lubrico
& nemo de castino certus. Edocemur ejusmodi ex-
emplis Hominem mortis esse mancipium, vitro fragi-
liorem, umbra fugaciorem, somno fallaciorem; ut
merito dicatur *mortis meditatio vita*. Ita scilicet Christi-
ani, ita saniores Ethnici censuerunt, crediderunt, sta-
tuerunt; idque non prudenter minus quam pie. Re-
gius Psaltes comparat hominem *flosculo*; est inquit, *si-*
ent flos campi, si quis omnis generis floribus campum
ad

adspexerit sparsum, advertet alios propullulantes, alios in pleno flore, alios deflorescentes, interim omnes subjectos præsentaneo interitus periculo, vel à manu decerpentis, vel pede deterentis, vel ore depalcentis; longius aut tardius mors sua quemque manet. Non melior nec durabilior vitæ nostræ status, ut non malè idem alibi exclamet; doce nos Domine considerare morti quod obnoxii, ut inde prudentes fiamus. Si Ethnicorum stoicæ inprimis sectæ addictorum perlustraverimus scrinia, itidem reperiemus, quod *mortis meditatio vitæ*. Tota nostra vita, inquit alibi Cicero *commentatio mortis esse debet*. Divinus ille scriptor Seneca sobrie, & ex vero, in hunc sentum passim philosophatur; suffecerit hac occasione ex plurimis unum attulisse alterumve locum. *Egregiare est ait Epist. 26. Mortem condiscere, ita Epist. 115. quicquid facies respice ad mortem*. Quotidie inquit Epist. 24. *morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoque cum crescimus, vitæ decrescit: Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam; usque ad hesternum, quicquid transit temporis perit, hunc ipsum quem agimus diem cum morte dividimus*. Egregiè, Christianè pene dixerim, ut omnia illius viri; & non pauca ejusdem commatis passim legere datur. Gemina quæ ejusdem sectæ scriptor Plutarchus *De Træ & Træ de Aφois* fere circa finem, quem sermone Latio sermocinantem adducemus. *Non unam mortem ridicule timemus, toties jam mortui, & morientes. Non enim solum ut Heracletus ait, Ignis mors aeris est generatio; & hujus mors aquæ: sed id ipsum clarius in homine videas. Perit virilis ætas senio accedente, perit juvenus virili ætate, pueritia juvenute, infantiæ per pueritiam. Quin & hesternus dies in hodiernum occidit, & hodiernus crastino*

moriatur. Nec abludit ex eadem ut videtur prodiens
schola, Jctus Alfenus in l. 76. ff. de Judic. fere in fine.
provacans ad philosophos suæ sectæ, omni dubio pro-
cul, *Quod si quis putaret, inquit, partibus commutatis aliam*
rem fieri; fore, ut ex ejus ratione nos ipsi non iidem essemus,
qui ab hinc anno fuissetus: Propterea quod ut Philosophi,
dicerent, ex quibus particulis minimis consisteremus, hæ quoti-
diè ex nostro corpore decederent, aliaque extrinsecus in ea-
rum locum accederent. Quis autem ignorat posteriora
prioribus deteriora, magis magisque ad interitum in-
clinantia. Ex jam dictis aliisque quamplurimis lo-
cis sufficientissimè patet, nos quotidie mortalitatis ad-
moneri, quodque sit *mortis meditatio vitæ*; eaque pro-
pter quotidianam debere esse mortis considerationem,
quid quotidianam? singulis horis, quin imò singulis
momentis, nos mori certum: quicquid enim vitæ
accedit, simul decedit; & quicquid vitæ additur, si-
mul detrahitur, sicque finis ab origine pendet. Sunt
& Patrum scripta ejusmodi piis monitis referta: Ex
innumeris sufficiat brevibus adduxisse Augustin; me-
ditat: Cap. 21. citante Hermanno Hugone è societate
Jesu Scriptore, in piis desideriis Lib. 3. Emblem: 37.
Vita inquit hæc, vita misera, vita caduca, vita incerta,
vita laboriosa, vita immunda, plena miseriis & erroribus, quæ
non vita dicenda sed mors; In qua momentis singulis mo-
rimur, per varios mutabilitatis defectus, diversis generibus
mortium, mors ista vitalis & vita mortalis. Hinc lau-
dandus Philippus Macedo, parens illius Alexandri Ma-
gni, quo de Historici, quod quotidie mortis ut refrica-
ret memoriam, cuidam purpuratorum injunxerit, ut
quoties surgeret adclamaret *Philippe, homo es;* & utinam
jam dictus Alexander id attendisset, cum apud flo-
rid.

ridissimum scriptorem Curtium Scytarum Legati
Barbara quidem gens minime barbara oratione mo-
nuerunt; *si homo es, id quod es semper esse te cogita*, nun-
quam incidisset in tantum fastum & tranquillius mor-
tem adpetiisset. Innumera talia in medium proferre
tam foret facile quam quod facillimum; adeò ut pluri-
mi Ethnicorum hac in parte Christianos in ruborem
sint daturi; & vela ut contrahamus, brevis est vita
humana & perpetuis obnoxia calamitatibus, ut præter
mortem nullus earum finis, id quod & innuit Hiero-
Psaltes, quando vitam hanc describit, per ærumnas
& calamitates, ut scilicet agnoscamus vitæ nostræ im-
becillitatem, temporisque discamus habere rationem,
quod teste Seneca *vel est, vel fuit, vel erit*, nempe
*quod agimus teste eodem brevis; quod acturi sumus, du-
bium; quod egimus certum*. Tandem meta ærumna-
rum mors, sumus enim peregrinantes & viatores in
hoc mortalitatis statu, nec sedem habemus fixam sed
πολύπυμα nostrum in Cœlis; uti ex sacris luculenter in-
formamur. Hinc breviter, exactè tamen vitam deli-
neat humanam Gnomologus Democrates. *ὁ κόσμος
σκήνη, ὁ βίος παράδεισος, ἡ λήθη, ἴδεις, ἀπὸ λήθεις*. Mundum esse
scenam nemo negaverit, imo quotidiana testatur ex-
perientia; is proin beatus, qui suam heic personam ex de-
core gesserit. Hanc quidē *ὁ μακαρίτης* noster, ut breviter re-
censeamus more hac in Alma usitato sat laudatissimo, vi-
tæ ejus historiam, habituri Programmatis rationem. In-
gressus hanc scenam Anno 1650. die 28. Jun. Patre Viro Præ-
nobilissimo, Amplissimo Consultissimo Excellentissimoq;
DN. HERMANNO RUMBAEEN/US. J. D. & in hac Al-
ma Rosarum Antecessore celeberrimo, Facultatis no-
stræ quondam Seniore gravissimo, nec non Reipubl.

hujus Syndico meritissimo, Conlega nostro longe æstumatissimo. Matre autem ELISABETHA *Schnittlers* / fœminâ omni, virtutum Matronalium decore ornatissimâ, per DEI gratiam adhuc dum superflite, faxit is in liberorum, dulcissimo parente orbatorum solatium, quam diutissimè: quæ quidem luctuosissimè amantissimi filii maturum nimis abitum deplorat, cui precamur solatium efficacissimum à solatii fonte. Ab hisce parentibus noster piè functus uti dictum prognatus, Omnem hi adhibuerunt curam, ut *transitum* ejus ab ovo repetamus, ut inde constet quam decore personam sibi impositam egerit, ut postquam per Baptismum regeneratus, dulcem in spem patriæ educaretur. Commissus ergo curæ DN. M. BLASII GRABII, Rectoris Scholæ Urbicæ dum esset in vivis fidelissimo, sub eo politioris literaturæ & Philologiæ solidiora jecit fundamenta: adultior factus, adplicuit animum ad jurisprudentiam, impulsus exemplo paterno, quem in finem elegit operam DN. D. JOHANNIS *Mittel* / postea Professoris in Academia Regiomontanâ excellentissimi *von der Arzels* amici dum in vivis sinceri & in paucis æstumatissimi, nec non DN. CASPARI HABERMANNI Almæ hujus Antecessoris dum esset in vivis incluti: quibus fidelissimis usus hodogetis, fundamenta Juris cum satis feliciter & ex voto jecisset, consensu & svasu Dn. Parentis Lipsiam petiit, ibique lectatus tum temporis Antecessores istic locorum excellentissimos famigeratissimosque SCHWENDENDORFEROS, EKHOLTUM, nec non DN. PAULUM ROMANUM, quorum, apud piè functum semper sancta memoria, quorumve laudibus in Cœlum efferebat singularem in docendo dili-

diligentiam & candorem. Quâ relicta, Argentoratum adiit, tum ob studium quoque Juris, undique famigeratissimam, inibi que usus informatione grandævifenis Excellentissimi DN. REBHANII, Almæ ejus Senioris gravissimi, nec non ^{fr̄} ^{patru} BOECLERI, quos & nos olim Venerati: nec non STOSSERI & RICHELTI, aliorumque inibi docentium. Inde per Helvetiorum pagos in Belgium sese contulit, statum Reipubl. exploraturus, aliaque scitu digna, perlustraturus. Tandem ex peregrinatione redux, se non otio dedit, vel ignaviæ litavit, sed animum pedetentim adplicavit ad Actorum lectionem inde relationes conficiendo & singula momenta pensitando, auspicio potissimum & ductu DN. Parentis ad praxin manu quasi ab eo ductus. Disputando quoque tum publicè tum privatim sese exercuit, habuitque à se elaboratam Disputationem de pecunia Lustrica, moderatore Magnifico DN. GEORGIO RADOVIO, hujus Almæ Antecessore & Statuum Provincialium Syndico, hodiè Capituli Lubecensis Præposito, nec non liberæ illius Imperialis Civitatis Syndico Primario gravissimo, Ad fine nostro honoratissimo. Et tandem Disputationem inauguralem, de Exceptione Senatus Consulti Macedoniani. Præsede Viro Magnifico DN. HENRICO RUDOLPHO REDEKER, Antecessore hujus Almæ longe meritissimo: Collega desideratissimo die 13. Septembri. Ao. 1672. Postea DN. Parente Ao. 1674. mense Mart. placidè obdormiente, cum ejus Professio prælaudato DN. D. RADOVIO esset conlata, usque ad ejusdem abitum, ad Professionem Institutionum ab Amplissimo Senatu tanquam hujus Academiae Compatrono vocatus: Eandem summâ fide ac diligentia administravit, nunquam non.

non memor illius dicti; maledictus, officium suum qui
negligenter egerit: per gradum ascendendo, ad præ-
laudatam Codicis functionem ritè vocatus; quam qui-
dem in hunc usque diem indefesso studio quantum ne-
gotiorum adcrecentium moles unquam permisit, ad-
ministravit; Ante biennium ferme, & in Consulem hujus
Reipub. electus, quam tamen professionem piè noster
functus propediem erat depositurus: ni aliter visû sum-
mo Moderatori vitæ nostræ necisq; Domino, qui constituit
eundem ab hac terrestri in cœlestem tuam evocare Aca-
demiã. Sed ut è diverticulo in viam redeamus, ubi è
Margarithæ noster Ao, 1674. die 4. Sept. Professor Institu-
tionum declaratus, mox die 20. Octobr. Publicè in Do-
ctorem proclamatus, & in Publica hac statione per qua-
driennium cœlebs permansit, donicum die 13. Octobr.
Ao. 1678. domum Sociam ducere decrevisset, inque
eum finem sponsalia celebrasset cum virgine lectissima
suiq; sexus insigni ornamento MARGARETHA ME-
VIN, Generosi atqve Magnifici DN. DAVIDIS ME-
VII, Viri undiquaque celebratissimi, Jcti summi, S. R.
Majest. SVECIÆ Consiliari Intimi & summi quod Wis-
mariaë est Tribunalis vice Præsidis eminentissimi, hære-
ditarii in Bromnickau/ Baggendorff & Jarrentin dile-
ctissimâ filiã, quâcum Ao. 1679. die 13. Febr. heic Ro-
stochii nuptias celebravit: quod quidem conjugium, u-
ti ex voto pacatum, ut nunquam cum ea in gratiam
redire necessum fuerit: existitque insimul fœcun-
dum, sustulit enim beatus noster quatuor ex illa liberos,
duos masculos, totidemque fœmellas; primo genitus
quippe DAVID HERMANNUS ab utroque Avo-
rum in sacro Bapstimate nomen sortitus in bonum
omen, quod illorum sit pressurus vestigia; hunc ex-
cepit

cepit MARIA ELISABETH, desideratissimi quæ pa-
rentis immaturum Obitum luget, ut vix solatium ad-
mittat. Tertius in ordine IACOBUS EMANUEL,
uti hæres paterni nominis, virtutum quoque & eruditio-
nis illius exemplum ut imitetur, est quod nobis in votis
ultima ex hac proles, ANNA, unâ cum matre lectissi-
ma, postquam per lavacrum regenerationis in librum
vitæ consignata, unam alteramve post horam, vitam
placide cum morte commutavit, ut mutam in hac scena
procius repræsentarit personam. Mors tam adama-
tæ Conjugis, quæ die 9. Febr. 1684. obvenerat ex
infelici puerperio, pene animum fregit Mœstissimi
Vidui, cum per sexennium illi cohabitasset, ut
una sit visa anima in duobus corporibus, quale ex-
inde vulnus sit inflictum tristissimo marito, qualemque ex,
in contraxerit mœrorem, nemo nisi tale quid expertus
exprimere valet, nec mente concipere. Cum autem res
familiaris & Oeconomica omnino sibi secunda videban-
tur polcere vota, ex voto, anno luctus impleto, eadem
omnino obvenere: Siquidem die 18. April. Anno. sequen-
ti 1685. domum duxerit, DEO id clementer dirigente,
Virginem lectissimam atque ad rem familiarem aptam
natam, insigne sui sexus ornamentum, ANNAM
MARIAM Schwarzkopffen/DN. CASPARI Schwarz-
kopffen / Jcti Celeberrimi, Consulis Wismarinensis lon-
ge meritissimi, ejusdemque Syndici gravissimi, filiam a-
mantissimam, idque Wismariæ. Ex hac uti aliquantu-
lum diutius constante matrimonio, sustulit frequentio-
rem sobolem, ex hoc quippe fecundissimo conjugio
tres suscepti filii, binæve gnate: primogenita ELISA-
BETHA CATHARINA: secundoque genitus CAS-
B PARUS

PARUS superstites, faxit Deus inferos annos. Tertio
quippe genitus JOHANNES FRIDERICUS, mortalitatis
hac veste exuta, Dn. Parentem præeundo viam qua-
si paravit. Quarto genita est ANNA MARGARE-
THA: Novissimus CAROLUS FRIDERICUS cœ-
lestem intravit itidem patriam, naturæque debitum ma-
turè exsolvit. Fasces Academicos pie noster functus a-
liquoties sibi collatos, summa cum fide & candore deposuit
& cum laude resignavit. Qua fide & summa diligen-
tia sibi commissam juventutem ad Justitiæ templum
duxerit, viamque præeundo monstravit, inter alia valent
demonstrare illius Connexiones tum Institutionum tum
Digestorum; libelli mole quidem sua se non commen-
dantes, summo tamen artificio confecti; qui quidem
in pauciora exempla exscripti, quod suis saltem vellet
inservire Auditoribus, quodque non famæ sed utilitati
litasse, & plus conscientiæ quam famæ studuisse, inde
constaret. Consulatum p. t. cum munere Professorio,
ut dictum, combinatum; quanta cum cura, quantaque
gesserit cum fide, Cives, quorum maximè pollebat
gratia, testimonium exhibere poterunt, & luctu suo ex
ejus morte concepto, sat luculenter declarant; ut frustra
heic forent consumenda verba. Unicum hic adhuc
dum moneri meretur, priusquam absolvatur τὸ μαργαρίτε
nostri *transitus*; nempe, eundem videri quasi natum fatoque
destinatum, ad hoc Consulare munus, quod quasi cum la-
ete materno hanc ipsam imbiberit regendi populum ara-
tem, quod majores continua serie ad clavum sederint
Reipubl. In ipso autem tanta reperta animi alacritas,
indefessusque ad labores subeundos vigor, ut nunquam
defatigaretur: quod enim uni satis sufficiens visum, no-
ster combinatum subire non dubitavit, par extitit solus.

Ast

Ast ne & ceteros Majores, ex quibus hic noster satus auram tra-
xit vitalem silentii involvamus peplo, & hos recensere haud pi-
grabimur. Proin Avus illius Paternus exstitit vir Amplissimus
Prudentissimusque & ob morum antiquorum observationem
laudatissimus, JACOBUS LEMBKE Ordinis Senatorii princeps &
Camerarius gravissimus. Avia linea paternæ, matrona beatissima
ANNA GRIBNIZEN, HENRICI, primarii hujus loci Civis filia.
Avus linea maternæ JOHANNES Schmitzer Civis hujus ur-
bis facile Princeps, sedecim vir & ad Divæ Mariæ præfectus
fidelissimus Avia linea maternæ ELISABETH Gusebiers
amplissimi viri HENRICI Gusebiers Senatoris & Camerarii filia.
Proavus paternus DN. HERMANNUS LEMBKE senator hu-
jus Civitatis amplissimus. Avia linea Paternæ MARGARE-
THA BEHRMANS ex nobilissima BEHRMANNIORUM fa-
milia oriunda. Abavus paternus prænobilis & Amplissimus
Dn. JACOBUS LEMBKE, Consul hujus Reipubl. inclusus.
Abavia THALIA BESELINS, antiquissima honoratissimaq; BE-
SELINORUM prosapia. Proavus linæ maternæ fuit DN.
JOHANNES Schmitzer Consul oppidi Langeschade in diocesi Co-
loniensi, gravissimus. Proavia linea maternæ GERDRUT
KORBES. Hæ imagines pie functi; hisce coruscat majoribus
ut sic secundum Lyricum de eo jure dici possit.

Fortes creantur formibus & bonis, it.


Generosa in ortus semina exsurgunt suos.

Hos agnovit in hocce suo munere Hodogetas, horum insistere
volupè vestigiis. Perlustrato hactenus, desideratissimi nostri Col-
legæ in hanc scenâ ingressu perlustrato transiit ut scilicet venerit
& viderit mundi vanitates. Abiit (qvi 20. Febr. quo hanc solvit
scenam) ut Academia, ita Civitati luctuosissimus. Luget Curia,
luget Cathedra, luget tota Civitas: ista suum Consulem, illa suum
Professorem, hæc patrem Patriæ, in quem maximam conlocarat
suæ felicitatis spem amplissimâ. Si ades pie functi intramus, ani-
madvertemus summo jure dici eandem domum luctus, ubi sumo
mœrore marcet mœstissima vidua, & quidem lecto adfixa, mœ-
rore quo graviore, eo exquisitiore. Luget mater unice dile-
ctum filium, eoque magis, quod ob inversum naturæ ordinem
can-


eandem præcedat, anxieque deplorat infortunium ob gna-
tum illum unicum, per mortis inclementiam abreptum.
Luget Socrus mœstissima Generum, quem in oculis gerebat,
inque quem magnam suarum fortunarum spem conlocarat.
Lugent mœsti liberi, lacrymisque pœnè diffuunt, piissimum
suum parentem, post Deum Ter Opt. Max. unicum solatium,
unicam spem suarumque fortunarum anchoram firmissi-
mam, & quis justissimum istum dolorem vitio verteret?
Luget unica Soror fratrem quem unice adamabat, magisque
quam oculos suos. Tota denique Familia, luget suum Prote-
ctorem Caput & Altorem. Nostrarum quid hic partium cen-
semus? precamur ex animo, Deus ut Ter Optimus Maximus
gravissimum inflictum vulnus obliget, atq; efficacissimo lugenti-
bus hisce adsit Spiritus sui solatio, ut agnoscant voluntatem be-
nigni patris. Is viduæ sit loco auxiliatoris fortissimi, liberis
loco parentis, reliquosque efficacissime soletur: nos memores
illius dicti, Satius esse ire in domum luctus quam lætitiæ, ob-
servemus consilium Syracidis & inde contractum mœrorem
erga Collegam nostrum amantissimum, Doctorem gratiosissi-
mum, frequenti contestabimur comitatu. Precabimur, ejus ut
memoria sit in benedictione; precabimur, terra levis ut regat
ossa, eaque molliter ut cubent, adclamabimus, illud veterum
vale, vale, vale: in memoriam revocabimus illud HODIE MIHI
CRASTIBI. Meditabimur sequelam, quando & ubi naturæ id po-
poscerit ordo. Et cum Reliquiæ hodiæ hora I. postmeridiana so-
lemniter majorum tumulto inferendæ, nostrum erit cives Aca-
demici frequentes nos sistere, atque quem quondam ex cathedra
verba facientem frequenti corona circumdedistis ve-
strum in eundem affectum & benevolentiam declarantes, hodie
quoq; erga pie functû animum benivolum contestari, adeoq; erga
universâ Nob. Familiâ. Quod cû feceritis, mœstissimæ id Viduæ,
Liberisq; maximo erit Solatio, & bene de Denato, bene de æstima-
tissima Familia, bene de Academia, bene de nostra Facultate, imo
bene de ipsa honestate, quæ hoc officii genus à vobis exigit, mere-
bimini. Frequentes proin adestote. LEMKENIO EXEQUI-
AS CUI COMMODUM EST IRE JAM TEMPUS EST,
OLLUS EX ÆDIBUS SUIS ECFERTUR,

P. P. Sub sigillo Facultatis.

ANNO M DC XCIII. 3. Mart.







the scale towards document

Image Engineering - Scan Reference Chart TE263 - Serial No. 09A
Patch Reference numbers on UTT

ges ac Principes sæpè attoniti audivere : Sua-
 eminentis vim , non secus ac Demosthenici
 petum imperij Proceres sæpè sensere. De
 non tantum privati, sed & publici partibus,
 inis forma, de religionis purioris vindicijs,
 libus rectè instituendis, litium prolaxis telis
 ad publicam salutem conservandam necessa-
 ovellorum nostri ævi, novas Utopias somni-
 lut alter Sulpitius, studio, usu, experienciâ, &
 sed & archivis actisq; publicis haustâ scientiâ
 planè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij
 storû disertissimû & oratorû jurisperitissimû
 t. Accedebat naturalis cum decenti venustate
 ta gravitas, in divino cultu pietas, in homini-
 s, in negocijs expediendis dexteritas, in adver-
 peris continentia, in fortunæ instabilitate
 quâ bonæ conscientiæ scuto munitâ, omnes
 umniarum, invidiæ & livoris ictus ac morsus
 repulit. Aulicis negocijs gravibusq; causis
 & occupatissimus fuerit, semper tamen
 in respexit, ejus ut quondam alumnus, ita
 as defensor, imò & excultor perpetuus fuit.
 oz. viro consultissimo *Joanne Albino*, pandectarum Pro-
 bente, eidem in officio susceptus & in collegium Juridici
 us fuerit; præstitit se quoq; in hac vitæ statione fidum
 siones crebræ, publicæ curæ & molestiæ, eum aulicos &
 iri & Labeonis Jcti exemplo annum quasi cum labori-
 quibus tamen cum sensu nimis irretiri & aulæ astringi
 caria viri consultissimi *Christiani Obmichij* J. D. exitij,
 demicum sibi creditam, luculenter fœneravit. Virtuti-
 n adversus affectuum motus, & adversitatum impetus
 mavit, seq; invictum reddidit : ast à morbis corporis se-
 otius quò animo fortior, eò semper fait corpore debilior:
 um in itinere quodam officij ratione suscepto, correptus
 ti initio typum tertianæ simplicis gessit, ita non multò
 sentavit, & in adis inducijs indultis, majori paulò post
 ruans, incrementum sumpsit, in quartanam degenerans,
 Accesserunt lienis & mesaræi obstructions, & quart-
 poles scorbutus, perennis itidem à capite ad fauces & pul-
 ascens indelinens tussis, cujus vehementia, venula pul-
 monum